Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



49

Soluit compedium. dimisit inclusum. Constituit eum dominum do
mus suę. & principem omnis possessionis suę. ut erudiret principes eius sicut semetipsum.
& senes eius prudentiam docerent. Greci habent & seniores eius sapientiam docere. quod omni
no ad uerbum ita dici posse. erudiret principes eius sicut semetipsum. & seniores eius
sapientes facere. Prosaicum habet. qs dicere solem seniores. non geronta id est senes.
Sophice autem quod uno uerbo latine dici non potest. a sapientia dictum est. quę
sophia grece dicitur. non a prudentia quę fronesis appellatur. Nec hoc tamen legimus
in illa sublimitate ioseph. sicut nec compedes in eius humilitate. Sed unde fieri pos
set ut uiri tanti uni uero deo cultum. in egypto alendis tantum corpori. & rebus
tantum corporalibus subministrandis. esset intentus. & quo eos meliores reddere. cura
non geneset animos. Sed ea consepta sunt in illa historia. quę secundum intentionem seri
bentis in quo erat spes sensus rebus; futuris illa narratione significandis sufficere iudi
cata sunt. Et habitauit israel in egypto. & iacob accola fuit in terra cham. Quod est
israel. hoc est iacob. & quod est egiptus. hoc est terra cham. Hinc enim apertissime demon
stratum est de semine cham. filij noe. cui primitus fuit chanaan. exortum & fuisse
gentem egiptiorum. Inde in quibusdam codicibus hoc loco legitur chanaan. emendandum
est. Mens enim interpretatum est accola fuit. quia sicut alij codices habent habitauit.
Quod tamtudem esset. si & incola diceret. Nihil enim aliud significat. Nam id ip
sum est uerbum in greco isto loco quod est. & supra ubi dictum est paucissimi & incolę ibi ea.
Incolatus porro uel accolatus non indigenam sed aduenam ostendit. Ecce quomodo transie
rit de gente in gentem. de regno in populum alterum. Quod breuiter propositum fuerat
breuiter narrando explicatum est. sed de quo regno transierint in populum alterum. merito
queri potest. Non dum enim regnabat in terra chanaan. qe non dum ibi fuerat regnum
constitutum populi israel. Quomodo quod potest intelligi. non forte secundum anticipationem.
qa ibi regnum futurum erat seminiis eorum. Inde narrant quę in egypto gesta sunt.
Et auxit populum suum uehementer. & firmauit eum super inimicos eius. Et ita hoc
breuiter totum propositum est ut quemadmodum factum sit deinde narret. Non enim re fir
mat est populis di super egiptios inimicos suos. quando eorum masculini fetus neca
bantur. uel qui in faciendis latericibus; contebantur. sed quando in manu potenti per signa
& portenta dominus di sui metuendi & honorandi facti sit. donec duri regis
contemptio uincetur. & mare rubrum persecutorem cum exercitu eius obruerit. Quod
quod breuiter propositum est firmauit populum suum super inimicos eius. uelut quereretur quom
factum sit. incipit dicere donec & id narrando determinet. Et conuertit cor
eorum ut odirent populum eius. & dolum facerent in seruos eius. Humquod non intelligen
dum est uel credendum quod dos cor hominis ad faciendum peccata conuertit. An
peccatum non est uel parum peccem est odisse populum dei. & dolum facere in seruos eius.